



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliiensis**

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

De obseruatione terminorum in causis nullitatu[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-63002)

que consecratores citato loco declarant, atque Bald. in typis  
causis, colum. 2. ibi que Dec. qui multa congerit de officiis  
leg. Langfr. in c. cum P. & G. de officiis, deleg. Bald. consil. 34.  
statuto libro quarto, & Cassan. consilio 4. quis, in h.  
Et hoc quidem viua ratione probatur, cum prorogatio  
prioris termini quedam coniunctio. qui si fuerit et ipsius  
la deinde prorogatio stare potest: nam quod nihil est, pro-  
rogari non potest, cum non entis nullae sunt partes, vulg. Iew.  
ff. si cer. pet. Idcirco cautela est, ut in dilatione prorogata  
protesteris, ne ei consentire videaris, teste Bart. in l. 1. de  
relat. Qua stante protestatione, dilatio, nec inde sequentes  
bationes valerent, ut Alexan. ait in d. l. ultim. cui Is. al.  
stipulatur, & voluit Bald. consil. 33. colum. fin. lib. 5. eis  
fortius praedicta in causis summaris locum vendicandi  
quibus dilations (veluti possibile est) abbrevianda sit.  
Clemen. sepe, de verbo, signifi. & traditur per Abb. in q.  
cum sit, de appellat. Alexand. & alios in l. 2. ff. de re iust.  
Nicol. Anton. Grauatus.

De obseruatione terminorum in causis  
nullitatium.

C A P . V.

S V M M A R I V M .

- 1 Nullitatis in causa, quomodo termini obseruandi sint.
- 2 Nullitatis in libello causa exprimi debent, limitavit num. 5.
- 3 Terminii in causa attentatorum, qui obseruantur  
debeant.
- 4 Terminii in causa diffamationis, & iactationis,  
qui obseruentur.

**V**ERVM a si agatur super nullitate alli-  
cuius processus vel sententia, alterius in-  
actus

actus iudicarij, utiq; multiplex potest esse processus, quia si nullitas ex eisdem actis deprehendi posset, paucioribus & brevioribus. utimur distinctionibus, duabus scilicet ad dicendum contra ultimò producta, similiter ad primam diem, scilicet contra processum, vel alium actum iudicalem, de cuius nullitate dicatur, & exinde ad sententiam procedetur, secus verò, ubi non ex eisdem actis, sed ex alijs exterioribus probationibus veniat ostendenda nullitas, hoc enim casu quasi res maiorem cognitionem desideret, plena terminorum obseruatio necessaria erit, iuxta naturam causæ beneficialis scilicet, vel prophana, & iuxta instantiam, in qua tractabitur causa, Rota decis. 340. fuit dubitatum de litis contenta, & de iudi. in not. Quo\* casu debet etiam auctor in libello exprimere causam nullitatis, quia prætendit, ad not. per Innoc. in cap. cum, de re iudica, & per Bart. in l. si expressè, de re iudic. Rota decis. 144. nota, quod intentans de libell. obla, & de nullita, in antiq.

## A N N O T A T I O N E S.

Verùm si.) Accedant dicta per Rotam, decis. 341. in no. 2  
Aegid. decis. 317. in causa, & Vant. de null. sent. ex def. pro-  
cu. num. 69. vbi \* & de obseruatione terminorum in causa 3  
attentatorum quoque videbis, in qua substantiales termini  
haudquam obseruantur, cumque de ipsis attentatis doce-  
re sat erit, Rota decis. 755. sciendum, in antiq. Formul. ad-  
hoc. in prin. ca. 9. Papaz. in addi. ad decis. Rotæ 2. de rescrip.  
num. 56. & 57. vbi etiam de obseruatione terminorum in 4  
causa nullitatis. Ceterum, \* quid in causa differentiationis &  
qualificationum obseruandum sit, apud Vant. eò loci, num. 65. le-  
ges, & Afflct. decis. 268. necnon & Boer. decis. 255. Nico.  
Ant. Graua.

Quo

**b** Quo casu.) Hoc sane \* intelligas parte reludantibus  
**s** quamvis in libello causa nullitatis non exprimeretur, plu-  
 ret utique, si modò in processu deinde declaretur, ac pro-  
 tur, ita Franc. in cap. dilecto quæstione decimatoria, de q-  
 pell. Innocen. in cap. cùm Bartolus, in fine de re iudic. & li-  
 ta decis. 145. Nota, quod in antiqu. Nicolaus Ansonius Ge-  
 uatius.

*De obseruatione terminorum in articulo  
grauaminis.*

C A P. VI.

S V M M A R I V M.

1. *Termini obseruandi in articulo grauaminis.*

**a** **Q** Vod a si causa non per appellationem ad-  
 finitiua, sed ab interloquitoria, & grau-  
 mine sit devoluta, quia supra diximus pe-  
 solitam clausulam semper in commissionibus  
 similium appellationum apponi solitam non  
 censeri aduocatum negocium principale, nisi si  
 euentum iustificati grauaminis. Ideo processus  
 iustificatione, solet fieri processus particularis,  
 qui proprias habet ex stylo palatiij dilationes in-  
 fra notatas.

Ad dicendum contra commissionem,

Ad diceendum contra appellationem,

Ad impugnandum, & iustificandum, Singuli-  
 ad primam.

Exinde poterit iudex super grauamine pro-  
 nunciare, quod si appellans iustificato grauami-  
 ne, velit in negocio quoque principali pronun-  
 ciari, noua opus erit, iuxta naturam causæ, ter-  
 minorum obseruatione, ac iudiciali tela.

ANNO.